UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato in primam Digesti Veteris Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Diuortiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96393

Visual Library

LEX LV.

a **VIr vſuras.** [a]Si vſuras dotis vir viuens nõ petijt, donare videtur, ꝛ periculo viri ſunt, ꝛ morte confirmantur. h. d. quod nota.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Vir vſuras. Qualiter procedat, vide Inſtit. de act. §. fuerat. ¶ P. PAV. P. Circa iſtam l. qũo inducatur remiſſio vſurarum debitarum marito propter dotẽ, ꝛ quid in alimentis debitis marito, vel vxori, an ex curſu decennij tollantur, vel ſolum ſi toto tempore vite ſue non petierunt, vt loquitur iſte tex. vide omnino multa ſingularia que habes ĩ Bertach. in ver. vſura. qꝛ tex. in l. cum quedam. §. diuus. de vſuris. videtur velle, quod per decem annos videãtur remiſſe. Vide etiam de intellectu huius legis Alex. conſi. lxiij. iiij. vol. incip. ſtantibus his.

LEX LVI.

a **VXor marito.** [a]Res empta ex pecunia mulieris donata viro, vendicari poteſt. hoc dicit. ¶ Not. viro exiſtente non ſoluendo poteſt agi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Empta. No. ad ea, que habentur in l. mater. C. de rei vendica. ꝛ alleg. etiam ipſum not. Bal. in l. intereſt. C. de vſufru. ꝛ Bald. in l. iiij. C. quando fiſc. vel priua.

LEX LVIII.

1 ☞ Contractus per epiſtolã probatur, non autem contrahitur.

a **EA, que.** [a]Donatio que poteſt codici, poteſt in ſtipulationem conuerti, ꝛ ſtipulatio po
1 teſt probari per literas. h. d. ¶ Not. †quod per epiſtolam probatur ſtipulatio, ſed contra in l. j. ff. de verb. oblig. So. per epiſtolam non contrahitur, vt ibi, ſed cõtractus probatur, vt hic.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Ea que. Circa intellectum huius legis vide Aret. late in l. Titia. ff. de verb. oblig.

LEX LIX.

SI predia. Valet donatio inter concubinã, ꝛ amaſium, non autem inter virũ, ꝛ vxorem. h. d. Sed ſi poſtquam eſſet vxor redderet viro, tunc non eſſet donatio.

LEX LXV.

1 ☞ Famulus expulſus a domino, vt pro eo teſtificetur, quando videatur vere vel ficte expulſus.

a **VIr mulieri.** [a]Donatio facta mulieri diuertenti, vt reuertatur, valet. h. d. Quam legẽ nota, hoc ſi diuortium ficte fa
1 ctum non apparet. ¶ † No. hanc legẽ primo ꝫ eum,[b]
b qui expellit famulum ſuum, vt teſtificetur pro eo. Nam ſi ex longinquitate temporis vel breuitate quo eum tenuit, ſi ille ſe vellet locare cum alio, vel non, preſumitur vere non ficte, quod eum ſic dimiſerit, ꝛc.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Vir mulieri. No. hanc legem in prin. ꝛ vide latius per Bar. in l. j. §. ſi ſeruus. ff. de queſt. Quando autem famulus repellatur a teſtimonio, vide per Inno. in c. in literis. de teſti. ꝛ in c. inſinuante. de officio deleg. ꝛ quod not. Bartol. in l. ſi quando. C. vnde vi. ¶ POMA. Adde Alex. conſi. l. vol. j. Corne. ſing. in litera, preſumptio. incip. celeritas. Bald. in fini. in l. dictantibus. de teſta. vbi querit, an procurator poſſit eſſe teſtis? ꝛ dicit, quod ſic, ſi ſit reuocatus, an autem famulus expulſus poſſit contra dominum teſtificari, Oldr. conſi. cxlv. Alex. conſi. v. vol. j. ꝛ aliquid per Fel. in c. in literis. ver. fallit quinto. de teſtib. Barb. cõſil. vi. ꝛ conſil. xlvij. vol. ij. Alex. conſi. lxxviij. vol. j. ꝛ conſi. xciij. eod. vol. Alex. cõſi. xl. vol. ij. vbi dicit, quod famulus eſt de familia. Bald. in c. inſuper. de teſtib. ꝛ in d. c. in literis. vbi etiam ponit quid in vxore expulſa. Bar. in c. cauſam que. ad fi. de offic. deleg.

b ALEX. ¶ Contra eum. An autem famulus indiſtincte repellatur, Bar. hic videtur ſentire, ꝙ ſic. Idem tenet in l. j. §. hec autẽ. de his qui deiec. vel effu. ꝛ glo. in iij. queſt. v. c. quod vero teſtes. que dicit, quod omnes qui ſunt de familia alicuius, ſiue ſint liberi, ſiue domeſtici, ſiue ſerui, familiares ſunt, ꝛ ideo repellendi. Alle. l. ediles. §. familie. de edil. edi. text. tamen in c. in literis. de teſti. dicit qđ familiares repelluntur, niſi ſint probate vite, adeo quod nõ ſit veriſimile eos deierare. Et gloſ. intelligit illum tex. de alijs familiaribus, quam de his quib[9] poteſt imperari, quia illi indiſtincte repelluntur. Et illud no. Spe. in tit. de teſte. §. j. ver. ſed nunquid ergo ſocius. Quod videtur tenere cum Inno. dicens quod familiares honeſte vite poſſunt eſſe teſtes, vt puta familiares epiſcopi, ꝛ ſimiles, vel alterius nobilis. Secus in familiari pauperis, vel ſcholaris. ¶ Adde ſecundum Ro. conſil. ccccxx. quod famuli honeſte vite admittuntur. Quid de ſcriba, vide Bald. conſi. ccxvj.

De diuortiis. Rubrica ii.

LEX II.

a **DIuortium.** [a]Nota iſta verba, quia vtilia ſunt ad ꝓbandum qualiter quis abiecerit famulum, vel ſocium.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Diuortiũ. An aũt hodie poſſit fieri diuortiũ? vide Bal. in l. ij. C. de ſecun. nupt. in fi.

LEX IIII.

IVlianus. Ibi eſt dare priuationem, vbi eſt dare habitum. De quo plene dixi in l. decem. ff. de verb. oblig. ꝛ ibi dixi.

LEX XI.

1 ☞ Statutũ ſi prohibet ſimpliciter certas perſonas emere vel vendere ſi fiat emptio, vel venditio, nihilominus valet.

2 Prohibitio legis ſimplex quando inducat factum eſt ipſo iure nullum.

a **QVod ait.** [a]No. legem, per quam Rich. Ma
1 lum. dicit, † ꝙ ſi ſtatutum prohiberet certas perſonas emere, vel vendere, ꝙ ſi ab eis emimus, valet venditio, ꝛ emptio, ſi ſtatutum vltra non procedit. Hoc idem poſuit Cyn. poſtea in l. non dubium. C. de legib. Sed contra dico in l. ꝓtor. in prin. ff. de ope. no. nun. Nõ obſt. arg. ex eo quod in lege Iulia de maritandis ordinibus colligitur, quod alij nubere non poſſit: quia lex voluit valere diuortium. Nam ſi iure matrimonium tenet, ſine dubio nõ poſſet alij nubere. Unde ex eo quod lex vltra procedit hic, hoc colligitur,
b alias ſimplex prohibitio legis[b] inducit† quod factum ſit ipſo iu
2 re nullum. l. j. ff. de his que pro non ſcriptis, ꝛc.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quod ait. Facit lex ſi defunctus. C. arbitri. tutele. Sed quid ſi vir, ꝛ vxor emunt aliquid ſimul, nunquid preſumatur quod de bonis viri habeat: videtur, quod ſic per legem iſtã. Sed non eſt verum in emptione. l. vxorem. ff. de legat. iij. Et per legem iſtam ita fuit hic Bononie determinatum.

b ALEX. ¶ Simplex prohibitio. Vide legem, nõ dubium. ꝛ quod ibi habetur. C. de legib.

§. Ait lex. Nota caſum quomodo ꝛ qualiter probetur quem definere velle, quod facit ad multa, ꝛc.

FINIS.

Series chartarum,

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ, aa bb. Quaterniones omnes, aa bb ternionibus demptis.

Excudebat Claudius Seruanius.